

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX,
SYRVS.

So. *Ifi me animus fallit, hic profecto est annulus,*
n quem ego suspicor,

Is, qui cum exposita est gnata. Ch. quid uolt
sibi Syre hæc oratio?

So. *Quid est? is ne tibi uidetur? Nu. dixi equidem, ubi ostens-*
disti, illico,

Eum esse. So. at ut sati' contemplata modo sis mea nu-
trix. Nu. satis.

So. *Abi nūc iā intro: atque, illa si iam lauerit, mihi nūcia.*
Hic ego uirum interea opperibor. Sy. te uolt: uideas,
quid uelit.

Nescio quid tristis est: non temere est: metuo, quid sit.
Ch. quid siet?

Næ ista hercle magno iā conatu magnas nugas dixerit.

So. *Ehem mi uir. C. ehem mea uxor. So. te ipsum quæro.*
C. loquere, quid uelis.

So. *Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorsum edi-*
ctum tuum

Facere ausam. Ch. uis tibi me istuc, et si incredibile est,
credere?

Credo. S. nescio, quid peccati portet hæc purgatio.

So. *Meministin' me esse grauidam, & mihi te magnope-*
re interminatum,

Si puerilam parerem, nolle tolli? C. scio quid feceris:
sustulisti. Sy. si sic factum est domina, er-

H E A V T O N O M I

go heru' damno actus est.

50. Minime : sed erat hic anus Corinthia haud impura : i
dedi

Exponēdī. CH. o Iupiter, tantū esse in animo inscitiam

50. Perij , quid ego feci ? CH. at rogitas ? So. si peccauim
Chreme ,

Insciensfeci . CH. id quidem ego, et si tu neges , cert
scio ,

Te inscientem , atque imprudentem dicere , ac facere om
nia :

Tot peccata in hac re ostendis. nā iam primum , si meum
Imperium exequi uoluisses , interemptam oportuit ,
Non simulare mortem uerbis , re ipsa spem uitæ dan.
At id omitto : misericordia , animus maternus : sino.

Quām bene uero abs te prospectum est : quid uoluiss
cogita :

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime ,
Per te uel uti quæstum faceret , uel uti ueniret palam.

credo id cogitasti : quiduis satiu' est , dum uiuat modo.
Quid cum illis agas , qui neque ius , neque bonum ,

atque æquom sciunt ,

Melius , peius , profit , ob sit , nil uidet , nisi quod lubet ?

50. Mi Chreme , peccaui , fateor : uincor : nūc hoc te obsecru

Quanto tuus est animus natu grauior , ignoscentior ,
vt meæ stultitiae iustitia tua sit aliquid præsidi .

ch. Scilicet equidem istuc factum ignoscā : uerum sostrata

Male docet te mea facilitas multa . sed istuc quicquid
est ,

Qua hoc occptum est caussa , loquere . So. ut stulte ,
misere omnes sumus

Religiose;

Religioſæ; cum exponendī do illi, de dīgo annulum
Detraho; & eum dico ut una cum puella exponeret;
ſi moreretur, ne expers partis eſſet de nostris bonis.
ch. iſtū recte: conſeruasti te, atque illam. S O. hic is eſt
annulus.

ch. vnde habes? S O. quam Bacchis ſecum adduxit ado-
lescentulam. S Y. hem.

ch. Quid ea narrat? S O. ea lauatum dum it, feruandum
mihi dedit

Annulū. non aduorti primo: at postquam aſpexi, illico
cognoui: ad te exiliū. C. quid nunc ſuſpicare, aut in
uenis

De illa? S O. nescio, niſi ut ex ipſa quæras, unde hunc
habuerit,

Si potis eſt reperiri. S Y. interij: plus ſpeſi uideo, quām
uolo:

Noſtra eſt, ita ſi eſt. C. uiuit ne illa, cui tu dederas?
S O. nescio.

ch. Quid renunciauit olim feciſſe? S O. id, quod iuſſeram.

ch. Nomen mulieris cedo quod ſit, ut quæratur. S O.
philttere.

S Y. Ipſa eſt. mirū, ni illa ſalua eſt, & ego perij. C. Soſtrata
Sequere me intro hac. S O. ut præter ſpem euuenit. quām
timui male,

Ne nunc animo ita eſſes duro, ut olim in tollenda,
Chreme.

ch. Non licet hominē eſſe ſæpe ita ut uolt, ſi res non ſinit.

Nunc ita tempus eſt mi, ut cupiam filiam: olim nil
minus.

nifi

H E A V T O N O M I T

sy. Nisi fallit me animus, haud multum à me aberit infon-
tunium:

Ita hercle in angustum oppido nunc meæ coguntur
copiæ:

Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat
senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem mi-
fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto absa-
dere.

Crucior, bolum tantum mihi erectum tam subito i
faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro
ineunda est mihi.

Nil tam difficile est, quin querendo inuestigari possit.

Quid, si hoc sic incipiam nunc? nihil est. si sic? tantum

dem egero.

At sic opinor: non potest: immo optume. euge opti-
mam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugituum
argentum tamen.

A C T U S Q V A R T I S C E N A II.

C L I N I A, S Y R V S.

C. vlla mihi res posthac potest iam interuenire
n tanta,

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hac
lætitia oborta est.

Dede

